Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

descendi. Si q̃s manducauerit
ex hoc pane; uiuet in eternum.
Et panis quem ego dabo,
caro mea est p mundi uita.
Litigabant ergo iudei ad
inuicem dicentes. Q uo
modo potest hic nobis dare carnem suam
ad manducandum? Q uia g̃
dixit eis. Q amen amen dico uobis;
nisi manducauerit carnem
filii hominis et biberitis eius
sanguinem; non habebitis uitam
in uobis. Q ui manducat meam
carnem et bibit meum san
guinem; habet uitam eternam.
Et ego resuscitabo eum in
nouissimo die. Q aro enim
mea uere est cibus; et san
guis meus uere est potus. Q ui
manducat meam carnem et
bibit meum sanguinem; in
me manet et ego in eo. Sicut
misit me uiuens pater; et
ego uiuo propter patrem. Et
q̃ manducat me; et ipse
uiuet propter me. Hic est panis
q̃ de celo descendit. Non sicut
manducauerunt patres uestri
manna in deserto; et mor
tui sunt. Q ui manducat hunc
panem, uiuet in eternum. offert.
Sacerdotes incensum domino
et panes offerunt deo et ideo
sancti erunt et non polluet nomen eius.
Ecclesie tue q̃s dne. secreta.
Unitatis et pacis p
piciis dona concede, que
sub oblatis muneribus
mistice designantur. com.
Q uotiens cumq̃ manducabi
tis panem hunc et calicem bibe
tis mortem dni annunciabi
tis donec ueniat itaq̃ q̃cunq̃
manducauerit panem uel biberit
calicem dni indigne reus erit
corporis et sanguinis domini
Alleluia alleluia. post co.
Ac nos quesumus
domine diuinitatis tue
sempitina fruitione repleri;
quam pretiosi corporis et
sanguinis tui temporalis
preceptio prefigurat. Q ui
uiuis et regnas.